Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



80

hora. Et dixit abba pater. oia
tibi possibilia sunt. transfer calicem
hunc a me. Sed non quod ego
volo. sed quod tu. Et venit. et in
venit eos dormientes. Et ait pe
tro. Symon dormis: Non po
tuisti una hora vigilare mecum:
Vigilate et orate. ut non intrem
in temptacõm. Spiritus quidem
promptus est caro autem infirma. Et
iterum abiens. Oravit eundem
sermonem dicens. Et reversus
rerum invenit eos dormientes.
Erant enim oculi eorum gravati
et ignorabãt quid responderent ei.
Et venit tertio: et ait illis. Dormi
te iam et requiescite. Sufficit venit
hora. Ecce tradetur filius hominis
in manus peccatorum. Surgite eamus.
Ecce qui me tradit prope est.
Et adhuc eo loquente. venit iu
das scharioth unus de duo
decim et cum eo turba multa cum gla
diis et lignis missi a summis sac
cerdotibus et scribis et senioribus.
Dederat autem traditor eius signum
dicens. Quemcumque osculatus fu
ero: ipse est tenete eum. et ducite
eum caute. Et cum venisset statim
accedens ad eum ait. Rabbi.
et osculatus est eum. At illi ma
nus iniecerunt in eum. et tenuerunt
eum. Unus autem exastantibus
educens gladium. percussit ser
vum summi sacerdotis et amputa
vit illi auricula eius dextram.
Et respondens ihesus ait illis. Tamq
ad latronem existis cum gladiis
et lignis comprehendere me. Cot
idie apud vos eram docens in
templo et non tenuistis. Sed
ut impleantur scripture. Tunc
discipuli eius relinquentes eum
omnes fugerunt. Adolescens autem
quidam sequebatur eum amictus
syndone super nudo et tenuerunt
eum. At ille relicto syndone
nudus profugit ab eis. Et ad
duxerunt ihesum ad summum sacer
dotem et convenerunt omnes scribe
et sacerdotes et seniores. Petrus
autem alonge sequutus est eum.
usque intro in atrium summi sacer
dotis et sedebat cum ministris et ca
lefaciebat se ad ignem. Summi
vero sacerdotes et omne concilium
querebant adversus ihesum testimo
nium ut eum morti traderent: nec in
veniebant. Multi enim falsum
testimonium ferebant adversus eum
et convenientia testimonia non e
rant. Et quidam surgentes fal
sum testimonium ferebant adver
sus eum dicentes. Quoniam nos